



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Mvndvs Et Mvndi Partes, Divinæ Bonitatis Ac Ivstitiæ  
Præcones**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadt, 1645**

§. 1. Absolutiſimum Dei in omnes res dominium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52365](#)

258 Cap. X. Maritimi, & seculi mores,

Amos. 5. de ipsis malis bonus. Qui vocat aquas maris, & effundit eas super faciem terre. Dominus nomen est eius.

C A P V T X.

Deum, ut aquarum terrarumque Dominum, potestatem, justitiam, prouidentiamque suam ostendere, miserando Emmanuelis Sosæ naufragio, & saeculi marisq. similitudine declaratur.

§. I.

Absolutissimum Dei in omnes res dominium.



Voniam autem Dominus nomen est eius, habet & hinc causam aquis habenas stringendi, vel lassandi, ut dominium suum manifestet. Si enim dominium est jus gubernandi vel dispendi de re aliqua, tanquam sua, seu sibi subiecta, itaque deuincta, ut possit de ea, non ex commissione alterius, sed propria auctoritate, sine cuiusquam injuria, disponere; profectò, cum Deus sit Dominus universorum, nullam injuriam faciet ulli, per maria, nauiganti, si ventos immittat nos à tergo spirantes; sed procellis & tempestibus

Leonard.  
Less. de  
Iust. ca. 3.  
dub. i.

tibus nauem adigat in scopulos , eamque  
allisam sinat lacerari. Illius est Oceanus; il-  
lius sunt maria omnia; illius omnes naues,  
omnes regiones, omnes mortales. Ius ergo  
illi est, eos terra marique gubernandi, ad  
suum, non ad illorum arbitrium & votum;  
vt in mari ventis prosperis vel aduersis , in  
terra humanis aut barbaris hospitibus, de-  
nique pace aut misero bello vtantur. Nec  
deest illi sapientissima ratio mundi , ad  
hunc modum, gubernandi. Quippe cum  
sic non solùm dominium illius & potestas,  
sed etiam justitia, clementia, prouiden-  
tiáque hominibus innotescat. Hæc enim  
omnia in casibus humanis perspiciuntur.  
In aquis autem , naufragiisque hominum  
patientiam excentibus, etiam discimus,  
quàm sint in hac vita fluxa omnia, itém-  
que, quàm immanibus periculis se se ob-  
ijciant, qui, vel vt Christi fidem inferant,  
vel vt aurum & gemmas auferant, ad In-  
dos, Iapones, aliásque Orientales & Occi-  
dentales nationes, profiscuntur. Cuius  
rei, et si plura suppetunt exempla , vnum-  
tamen non omittam ex illustri authore il-  
lustrissimum apponere , cuius me supra  
memini, obiter mentionem fecisse: in quo

R 2 pariter

260 Cap. X. Maritimi, & seculi morte,  
pariter docetur, & nauigantibus ingentia  
esse discrimina, & in terram ejectis, maio-  
res saepe ab hominum feritate, quam ab  
ipsis marinis fluctibus impendere calam-  
itates.

§ II.

Emmanuelis Sosa tempestas, nanfragium, &  
tragœdia dignus interitus.

Petr.  
Maffæ.  
lib. 16.  
Histor.  
Indic.

Emmanuel Sosa, cognomento Sepulueda  
qui Dienisi præfuerat olim arci, vir opulentus  
ac splendidus, ducta in matrimonium Eleono-  
râ, Garcia Salatum Pratoris filia, tactus de-  
siderio patriæ, pressam dinitijs rostratam ex-  
celsam, Cocini, concendit. Sequebatur uxor,  
ac parui liberi; & Pantaleon Sala, & nobilis  
aliquot; & præter nautas, famulorum etiam  
ac mancipiorum turba: in uniuersum capita  
ferme sexcenta. Ianuarij mensis initium, Lu-  
sitaniam ex illa petentibus ora, statum soluen-  
di tempus. ventorum id vices, ac dudum ex-  
plorata nauigandi ratio postulat. Sosa cum  
cateris, quod impeditior ad Coulanum coem-  
ptio fuerat, non nisi Februario mense profectus,  
circiter Idus Aprilis Cafrarium littus aperuit.  
Inde leni flatu profectus, circa Bonæ spei pre-  
montorium vehemens ab occasu obstitit ven-  
tus, idq; cum fulgetris, & califragore, terra